

alter debitum petat; et ideo prima sententia magis mihi arridet.»

El Doctor San Ligorio, en el número 942, hablando de los esposos que con ayunos se hacen impotentes para cumplir con el débito conyugal, añade estas palabras: «Vide dicta, tomo I, lib. 3, num. 1034, v. 3. Excusantur: ubi diximus id procedere de viro, nam uxorem difficile videtur per jejunia fieri impotentem ad reddendum, ut Salm. *De 4 præcept.*, num. 49, sicut et uxor, si notabiliter iis fiat deformior: Bonac., etc.»

\* «*Quæres* 3. Quid censendum de conjugibus qui, ad vitandam numerosiorem prolem eo tantum tempore coeunt, quo fecundatio difficile accidere potest?»

Prænot. Constat ex plurimis medicorum testimoniis, prolis conceptum facile obvenire sub tempus, quo mulier est in menstruis, tribus, nempe, quatuorve diebus antea, et quindecim circiter diebus postea; difficile autem alio tempore (*ageneseos dicto*) si sanguinis profluvium est, singulis mensibus, certum ac constans.

Jam vero, *Resp.* Per se, peccati non sunt arguendi, utentur enim jure suo, cum opus conjungii, tempore quo major est probabilitas conceptionis, non præscribatur, nec prohibeatur tempore, quo minor vel nulla est probabilitas.

Utrum vero per accidens culpa subintret, ex fine atque ex aliis circumstantiis dijudicandum est.

At rem sequens responsum, quod, variis de isto agendi modo expositis dubiis, S. Pœnitentiaria, die 16 Junii 1880, dandum esse censuit: S. Pœnitentiaria, diligenter perpensis, respondet: «Conjuges prædicto modo matrimonio utentes inquietandos non esse, posseque confessarium sententiam, de qua agitur, illis conjugibus, caute tamen, quos alia ratione a detestabili onanismo crimine abducere frustra tentaverit.» (Marc., tomo 2, núm. 2118, *quæres* 3.)\*

2809. Después, en el núm. 943, pregunta San Ligorio si uno de los cónyuges está obligado á pagar el débito al que lo pide lícitamente, y responde así: «Certum est, non teneri ad reddendum debitum cum peccato proprio, et etiam veniali, cum nemo possit esse obligatus ad peccandum: ita communiter. Sed *quæritur* 1.º Utrum liceat reddere illicite petenti cum peccato mortali? Si culpa se tenet ex parte actus, puta, si alter petat in loco sacro, vel publico, vel si cum periculo abortus, vel sanitatis propriæ, aut alterius, omnes conveniunt non teneri conjugem, nec posse reddere sine gravi culpa; tunc, cum actus sit per se malus, alter injuste petit eo quod non habet jus petendi; ita Sanchez, etc.»

«*Dubitat* 1.º Si culpa se tenet ex parte personæ exigentis, nempe, si ille sit obstrictus voto castitatis, aut petat ob pravum finem, an alter possit reddere? Prima sententia communis dicit non solum posse, sed etiam teneri; et hanc sequuntur P. Sotus ac Salmant., etc. Ratio, quia conjux ille per votum non amisit jus petendi: unde quamvis illicite, non tamen injuste debitum exigit. Secunda vero sententia, quam tenet Pontius, etc., dicit quod, sive culpa se teneat ex parte actus, sive ex parte personæ petentis, non licet ei reddere (nisi sit in potestate petentis ab illa prava circumstantia se liberare; puta, si exigeret ob malum finem). Ratio, quia posito impedimento voti, actus conjugalis necessario est illicite petenti, cui cooperari alteri non licet. Nec petens eo casu habet dominium in corpore alterius, tum quia dominium tunc est impeditum a voto; tum quia conjux non habet jus nisi ad usum licitum matrimonii. Huic autem congruunt dicta de restit., num. 697, ubi dicunt Lugo, *De just.*, disp. 21, num. 62, et Croix, cum Less., Mol., Sot., Nav., etc., quod debitor non tenetur restituere domino rem, qua ille

est abusurus ad peccandum, quod expresse etiam tradidit Div. Thom., 2.ª 2.ª, q. 26, art. 5 ad 1.º, ubi: «Quando res restituenda apparet esse graviter nociva ei, cui restitutio facienda est, non ei debet tunc restitui, quia restitutio ordinatur ad utilitatem ejus, cui restituitur.» Dicit tamen Lugo, loc. cit., quod, cum hæc obligatio sit tantum charitatis, non obligatur debitor ad negandum, si non possit negare sine gravi incommodo. Hæc sententia est quidem probabilis, sed prima videtur probabilior, saltem extrinsece; gravi utique nititur ratione, quia obstrictus voto adhuc retinet jus ad petendum, et consequenter tenetur alter ei reddere; prout si quis votum emitteret non exigendi a te pecuniam debitam, si ille postea petit, teneris tu reddere, quia per votum creditor non amisit jus suum; et eo casu tu reddendo minime cooperaris formaliter ejus peccato, cum non sis causa cur ille debitum exigat, sed tantum concurris ad materiale peccati, quod tu non potes impedire, cum debeas rem suo domino reddere; ideo nec teneris impedire, quia impediendo, actum injustitiæ committeres. Nec valet dicere, quod nemo habet jus ad actum illicitum; nam responderetur, quod esto conjux ille petens non habeat jus ad petendum cum peccato, habet tamen jus ad actum conjugalem, qui per se est honestus; unde alter reddendo non peccat, qui dat operam non alterius peccato, sed actui licito, et ex justitia debito. Hinc dicunt Sanch., lib. 9, disp. 36, num. 11, cum Pal., Henr., Man. et Led. ac Salm., cap. 15, num. 19, cum Conin. et Bon., quod licet conjux voverit ex consensu alterius, si tamen expresse non cessit juri suo petendi, etiam tenetur alter debitum reddere. Immo etiamsi ad invicem voverint, non intendentes cedere juri suo, adhuc tenetur alter petenti reddere, ut dicunt iidem Salm. cum Sanch., Less., Bonac. et Henr. Bene tamen advertunt Sanchez,

lib. 9, disp. 6, num. 5, cum Cov. et Adrian. ac Boss., cap. 1, num. 248, cum Con., Reb. et Villal., quod eo casu tenetur conjux monere petentem ligatum voto, ut a petitione desistat, modo possit monere sine timore magni dissidii, vel indignationis, aut incontinentiæ alterius: quæ incommoda dicunt Sanchez et Boss. ut plurimum adesse. Quando autem conjux prævidet, quod alter impeditus voto vel alio impedimento illicite petet, tunc tutius erit ut ipse præveniat, et si ille jam petierit, ipse tunc etiam petat, dicens, volo ut tu mihi reddas; sed ad hoc merito ait Sanch., dict. num. 5, uxores raro obligari; quia (nótese bien) magnum onus esset eis ob naturalem mulierum verecundiam teneri ad semper petendum. Præterea advertendum cum Boss., num. 252 et 273, quod si conjux impeditus petat infra primum bimestre, non tenetur, nec potest alter ei reddere; cum eo tempore ille non habeat jus ad petendum.» (Núm. 944.)

2810. «*Quæritur*: Conjux potest et tenetur reddere debitum incestuoso petenti?»

R. Hay tres opiniones, que omito por brevedad, como puede verse en San Ligorio (núm. 945): la opinión más común y más probable es la de Victoria, San Antonino, Paludano, á los que sigue San Ligorio, esto es, que el cónyuge inocente puede, pero no está obligado, porque el incestuoso perdió el derecho de pedir el débito, pero puede pagarle: «quia licet incestuosus sit privatus jure suo, conjux tamen innocens cum habeat jus petendi, a fortiori habet jus reddendi; alioqui grave onus deberet subire (maxime uxor), si semper deberet petere: immo magnis scrupulis deberet angi, existimans ne forte moveatur ad reddendum ex tacita petitione alterius; hoc autem onus satis excusat a cooperatione ad materiale peccati, quod committit incestuosus. Tutius autem erit (ut diximus), ut conjux innocens tunc ipse petat.»

**2811.** *P.* ¿Está el cónyuge obligado á pagar el débito inmediatamente después de la comida?

*R.* Aunque algunos autores dijeron que no estaba obligado, porque era gravemente perjudicial, pero San Ligorio (lib. 6, núm. 910) dice: «Sed dico, quod si hoc esset verum, omnes fere conjuges phthisici evaderent. Medici autem quos consului et experientia negant in hoc grave damnum adesse. Hinc non audeo damnare conjugem post prandium petentem, cum isti communiter post prandium vel cenam soleant coire. Neque contra excusarem hac ratione conjugem a reddendo, nisi experientia constaret, quod tali coitu ipsi vel alteri notabile damnum proveniret; alias certum est, ipsos teneri ad reddendum etiam cum aliquali seu levi impedimento.»

**2812** «*Quæritur*: Licet conjugum coire die communionis?

*R.* «Accedere ad Eucharistiam die copulæ habitæ ob voluptatem est veniale, nisi excuset alia rationabilis causa. Si vero copula est habitæ causa procreandæ prolis, vel etiam incontinentiæ vitandæ (1), tunc est solum consilii a communione abstinere, ex cap. *Si vir* 7, caus. 33, q. 7. Et sic pariter est consilii abstinere die quo conjux reddidit debitum; a quo autem reddendo ordinariè loquendo propter communionem non potest eximi; tantum poterit, ut ait Sanchez cum Soto, honestis precibus resistere, non autem importunis.» (S. Lig., lib. 6, núm. 274.)

San Ligorio, en el núm. 274 del mismo libro 6, dice que si el cónyuge comulga con frecuencia, no conviene que se excuse de pagar el débito, porque se expondría á pecar contra

(1) Santo Tomás y San Ligorio están discordes sobre si es pecado venial «petere debitum causa vitandæ propriæ incontinentiæ.» San Ligorio dice que es lícito, Santo Tomás que es pecado venial; pero de esto se trató latamente en otro lugar.

justicia ó contra caridad; y áun cuando no comulgue con frecuencia, si no bastasen las súplicas para disuadir á la otra parte por no incurrir en su indignación, debe pagar el débito; y en ese caso podrá comulgar, «nisi patitur ex redditione insolitam distractionem, nec conetur eam repellere.»

**2813.** «*Quæritur*: An liceat copula maritalis in loco sacro?»

*R.* San Ligorio, siguiendo á los Salmaticenses y á otros, dice que sería un sacrilegio si los casados, no habiendo una necesidad moral, usasen del matrimonio en la iglesia; y que ésta quedaría violada si el hecho fuese público. En el caso de que hubiese una necesidad moral y no hubiese escándalo, no pecarían en usar de matrimonio. Después añade el Santo: «Opinantur autem illi doctores tunc conjuges in morali necessitate esse quando sunt in periculo incontinentiæ, vel quando diu in ecclesia permanere deberent, nempe, per 10 dies, ut aliqui censent; alii per 20, alii vero per mensem. Et casu quo conjuges judicarent, se per mensem in ecclesia esse mansuros, etiam ab initio copulari possunt. Ita Sanchez et Salmant., cum aliis.» (Véase á San Ligorio, lib. 3, núm. 485, y lib. 6, números 364 y 920.)

**2814.** «*Quæritur*: An liceat coire conjugibus tempore prægnationis?»

*R.* San Ligorio (lib. 6, núm. 924) trata latamente esta cuestión: omito por brevedad lo que dice en este lugar, y tan sólo pondré su definitiva opinión, á saber: que si no hay alguna razón particular, ó experiencia en contrario, no hay culpa alguna en que los casados usen del matrimonio en el tiempo del embarazo de la esposa; y áun San Ligorio dice que no sería pecado venial si hubiese peligro de incontinencia ú otra causa honesta. Algunos dijeron que cuando la esposa se hallaba próxima al parto, era peligrosa la sofocación del feto; pero el Santo Doctor dice: «Tanto

minus aderit tale periculum (suffocationis); nam verius (ut ait Boss., num. 30 cum Raynando) fœtus humanus ita secundinis involvitur, ut eum non possit semen contingere. Hinc ait Petroc., tom. 4, pag. 447, periculum abortus non ita facile præsumendum; et ideo non esse vexandos conjuges importunis interrogationibus, ut abstineant tempore prægnationis. «Quæ enim (ait) spes eos a concubitu avocandi? Et quale non timendum periculum, si a sua bona fide perturbentur?»

**2815.** «An licitum sit conjugibus coire tempore menstrui?»

«Hic prænotandum (son palabras de San Ligorio, núm. 925) quod fluxus mulieris alius est naturalis et ordinarius, et iste proprie dicitur menstruus, quia communiter singulis mensibus solet in fœminis accidere, et durat ut plurimum per duos vel tres dies (1). Alius extraordinarius, proveniens ex aliquo morbo diuturno, qui aliquando durat usque ad duodecim dies et ultra. Tempore fluxus extraordinarii certum est licere tam reddere quam petere: ita communiter Sanchez, etc., ex Divo Thoma, in 4, dist. 32, q. unic., art. 2, q. 2., ubi expresse hoc docet, et rationem adducit, dicens: «In fluxu menstruum innaturali non est prohibitum ad menstruatam accedere in lege nova, tum propter infirmitatem, quia mulier in tali statu concipere non potest, tum quia talis fluxus est perpetuus et diuturnus, unde oporteret quod vir perpetuo abstineret.»

«Tempore fluxus naturalis (an liceat conjugibus coire) sunt tres sententiæ. Prima damnat coitum de mortali, et hanc tenuit idem Div. Thom.,

(1) El Compendio Salmaticense (tractatus XXXIV, cap. 2, núm. 151), hablando del menstruo natural, dice así: «Quo statim temporibus laborant fœminæ, vel tribus, aut quatuor, vel etiam quamdoque octo diebus in mense, juxta diversitatem valetudinis, aut complexionis.»

in 4 *Sent.*, dist. 32, q. unic., art. 2, sol. 3 ad 1.<sup>um</sup>» porque oponiéndose á sí mismo en el argumento la ley ceremonial del Levítico que lo prohibía, cap. 20, «ubi dicitur, quod si aliquis ad menstruatam accenderit, uterque morte est puniendus. Ergo videtur, quod tam reddens quam exigens debitum mortaliter peccet,» el Santo Doctor se responde á sí mismo del modo siguiente: «Ad primum ergo dicendum, quod hoc (que uno y otro peccan mortalmente) intelligendum est, quando uterque voluntarie consentit, non autem si mulier involuntaria, et quasi coacta debitum reddat.» Según estas literales palabras del Angélico, aparece que se equivocó manifiestamente el Compendio Salmaticense cuando en el trat. XXXIV, núm. 152, dice así: «At conjux petens debitum dicto tempore peccat; non quidem graviter, ut quidam sine fundamento asserunt, sed venialiter ob indecentiam, et deformitatem congressus tali tempore habitæ, ut docet Div. Thom.» En dos ediciones del Compendio Salmaticense de diversa fecha se cita al Angélico equivocadamente, esto es, en el 4 de las *Sentencias*, dist. 34, artículo 1, q. 3; porque allí no trata de esta materia, sino en el lugar poco antes citado.

La segunda sentencia, dice San Ligorio, es totalmente opuesta á la primera, y afirma «accessum ad menstruatam omni culpa carere». Se funda principalmente en que «hodie id nullo jure prohibetur; non divino, cum lex Levitici, adveniente lege nova, jam cessaverit. Nec obstare dicunt, quod prohibitio illa non cessavit quatenus fuit moralis propter vitandum damnum prolis; nan respondent, quod testatur S. Hier., in 18 Ezech., rationem prohibitionis in Levitico fuisse, quia illo tempore ob sanguinem fœmineum infectum ex coitu fœtus leprosi, et elephantici nascebantur; sed hodie incertum est adesse damnum, et multo certius est

mulierem tempore menstrui non concipere, ut dicunt Sanchez, etc.

»Tertia demum sententia communissima et probabilior dicit, coitum tempore menstrui non esse mortale, sed non excusari a veniali; ita S. Antoninus, etc. Quod non sit mortale probat ratio adducta mox supra pro secunda sententia. Quod autem sit veniale probatur, quia talis concubitus, nolendo conjuges expectare tempus generationi aptius et jam brevi adventurum, involvit quamdam turpitudinem, et deordinationem, cum foemina tunc sit inepta commodae receptioni et retentioni seminis, et ideo coitus tunc minus convenit fini generationis. Conveniunt autem Nav., etc., quod nullum sit peccatum coire tali tempore, si adsit aliqua causa turpitudinem illam cohonestans, nempe, ad vitanda dissidia, aut incontinentiam in se, vel in altero, aut alia similia.

**2816.** »An autem casu quo nulla adsit causa, uxor menstruata possit et teneatur debitum reddere, si maritus monitus nolit desistere? Affirmant Palaus, Ledesma, etc., qui citat pro se etiam Div. Thom., dist. 32, art. 2, q. 3, sed non bene, ut mox videbimus. Verum probabilius negandum cum Pontio, etc. Ratio, quia cum culpa etiam venialis se teneat ex parte actus, probabilius non tenetur conjux, neque potest licite debitum reddere: vide dicenda, núm. 946. Nec contrarius est nostrae sententiae Divus Thomas; nam loco citato in resp. ad 3.<sup>um</sup> dicit, tunc uxorem posse et teneri ad reddendum, *quando majus periculum timeretur in non reddendo*. Sed hoc non supponitur in nostro casu.»

**2817.** «*Quæritur*: An sit illicitum coire tempore purgationis post partum?

R. «Certum est non teneri conjuges hodie (dice San Ligorio, número 926) observare tempus purgationis præscriptum in Levit., 12, ubi cum

mulier arcebat ab ingressu templi per quadraginta dies in partu masculi, et octoginta foeminae, videtur eo tempore fuisse ei etiam interdictus conjugii usus. Sed hoc præceptum jam cessavit... Circa autem quæsitum triplex adest sententia. Prima dicit esse mortale, et hanc tenet Butrius, etc. Secunda dicit, nullum esse peccatum; ita Sanch., etc. Tertia probabilior et communior, quam tenet S. Antoninus, Palud., Sot., Sanctus Ligorius, etc., dicit esse veniale, non autem per se mortale. Est veniale, quia talis coitus continet aliquam indecentiam; unde, nisi excuset causa honesta, nempe, periculum incontinentiae, vel dissidii, vel alia similis, nequit ab omni culpa excusari. Non autem est mortale per se loquendo, quia talis indecentia non videtur tanta ut mortalem culpam inducat. Ad prohibitionem vero Div. Gregorius respondet et Pont. illam hodie exolevisse; et Div. Anton. cum Guill. respondet eam fuisse de congruitate, non de præcepto. Ad rationem autem nocimenti prolis respondetur, quod tale damnum vel non accidet, cum difficile sit eo tempore mulierem concipere; vel non erit grave. Dicitur autem *per se loquendo*, nam poterit aliquando esse mortale, si ex concubitu gravis morbus, vel notabilis aggravatio morbi immineret, ut dicunt S. Antonin. et Sanch., etc. Hujusmodi periculum etiam prudenter timeri potest, ut ait Roncaglia, si coitus habeatur statim post partum; nempe, eodem die vel sequenti, ut medicus valde peritus mihi asseruit.» Por relación de una persona enteramente fidedigna me consta de un caso práctico que en cierto pueblo sucedió, de una mujer recién parida que murió de resultas de haber usado del matrimonio al siguiente día del parto.

**2818.** «*Quæritur*: An liceat uxori reddere debitum, vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam?

R. «Prima sententia (son palabras de San Ligorio, núm. 947) affirmat, et hanc tenent Pont., etc., quia (ut ajunt) cum mulier reddit aut petit, dat operam rei licitæ, nec ipsa propter malitiam viri debet suo jure privari. Secunda sententia, quam tenent Roncaglia, etc., dicit uxorem non posse nec petere nec reddere, nisi adsit gravis causa, quæ ipsam excuset in permittendo peccatum viri, et in cooperando ad materiale peccati illius; alias tenetur ex charitate, cum possit *sine gravi incommodo* viri peccatum impedire. Ego tamen distinguendum puto: si agatur de reddendo debito, dico uxorem probabiliter posse et teneri negare debitum si possit sine gravi incommodo, juxta secundam sententiam allatam, num. 944; quia abusus re sibi debita non habet jus ad rem sibi vindicandam: sed probabilius videtur uxor non solum posse reddere, ut dicit prima sententia quam sequitur etiam (Sanch., lib. 9, disp. 26, núm. 3), sed etiam teneri. Ratio, quia (juxta dicta, cit. num. 944) quando culpa se tenet ex parte personæ petentis, cum ipse habeat jus ad copulam, nequit alter sine injustitia debitum negare, si non possit monendo a tali culpa illum avertere; et tunc patet quod reddens ne materialiter quidem cooperatur peccato illius, cum non cooperetur seminationi extra vas, sed tantum copulæ inceptæ, quæ per se omnino utrique est licita. Si vero agatur de petitione debiti, dico cum secunda sententia uxorem non posse petere, si non adsit justa et gravis causa; tunc enim revera tenetur ex charitate impedire peccatum viri. Justam autem causam habebit petendi, si ipsa esset in periculo incontinentiæ, vel si deberet alias privari suo jure petendi plusquam semel vel bis, cum perpetuo scrupulo an ei sit satis grave incommodum vel ne, tunc se continere; vide dicta in pari casu (tom. I, lib. 2, núm. 53, v. *Si vero*.)

\* «Onanismus est copula incepta,

vel peracta, cum effusione virilis seminis extra vas.

»Est copula *incepta*, quando vir in vas quidem naturale penetrat; sed statim ac seminis effusionem proximam esse advertit, sese retrahit; vel etiam quando mulier ante viri seminationem se subtrahit. Est copula *peracta*, in vase, scilicet, naturali, sed cum majori malitia, quando vir utitur quodam levi in volucro vel instrumento ad impediendum, quominus substantia seminalis in locum generationi aptum deveniat. Præterea, inventus est nefandus modus conceptum destruendi statim post copulam, ope, nimirum, cujusdam injectionis in uterum.

»Hæc injectio, ut patet, homicidii reatum habet, sicut procuratio abortus.» (Marc., tomo 2, núm. 2114.)\*

**2819.** Para aclarar más esta materia sobre un crimen que por desgracia es muy común en estos tiempos de impiedad y de desmoralización, voy á transcribir literalmente algunas respuestas de la Santa Sede. Primum (responsum) datum fuit episcopo Bouvier, ut ipse refert in *Supplem. ad tract. de matrim.*

«Beatissime Pater.—Episcopus Cenomanensis ad pedes Sanctitatis Vestrae summa cum reverentia provolutus, ea quæ sequuntur humillime repræsentat: Pere omnes juniores sponsi numerosiorem prolem habere nolunt: et tamen ab actu conjugali abstinere moraliter nequeunt. A confessariis interrogati circa modum quo juribus matrimonii utuntur, graviter communiis offendi solent. Et moniti, nec ab actu conjugali temperantur, nec ad nimiam prolis multiplicationem determinari queunt. Tunc adversus confessarios mussitantes sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ derelinquunt, malum præbent exemplum liberis, famulis, aliisque christifidelibus. Lugendum inde oritur detrimentum. Numerus eorum qui ad sacram tribunal accedunt, multis in